ueritatis. Et eo dent. ...

Et hoc insuper quod de nostro assumpsit: totum nobis contulit ad salutem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit deo patri: sanguinem suum fudit in precium simul et lavacrum, ut redempti a miserabili servitute a peccatis omnibus mundaremur. Et ut tanti beneficii iugis in nobis maneret memoria: corpus suum in cybum et sanguinem suum in potum sub specie panis et vini sumendum fidelibus dereliquit.

Lo mede-

tis car- nes et satura-

bim- ... panibus. Iste est panis

quem dedit nobis domi- nus ad

de celo sed pater meus dat nobis

panem de celo ue- rum. Iste est.

O preciosum et ammirandum convivium salutiferum: et omni suavitate repletum. Quid enim hoc convivio preciosius esse potest: in quo non carnes vitulorum et hyrcorum ut olim in lege: sed nobis Christus sumendus proponitur verus deus. Quid hoc sacramento mirabilius: in ipso namque panis et vinum in corpus Christi et sanguinem substancialiter convertitur. Ideoque Christus deus et homo perfectus: sub modici panis specie con- tine- tur.

Respexit helyas ad

caput suum subcinericium panem

qui surgens come- dit et bibit